

**Inapit liber secundus q̄ tractat
de subditis.**

Omnis ecclesiasticus
ordo sub diuisione tri
plici ordinat. in epis
copis. i. p̄sbit̄is. et i
clericis. Et hī oēs vnū p̄ncipē
papā rōnū habent. Sic et i lay
cis fidelibz ecclesia toto orbe dif
fusa sub impatore romano i p̄
cipibz militibz et plebea multi
tudine cōgregatur. S; de hīs
sup̄sedere disponimus nisi for
te icidenter aliqua se obtulerūt
prosequēda. Dicit ergo text⁹
in p̄ncipio qualiter ordo mona
sticus fiat et in precedentibus
distingatur. In tribus dista
buūtur ordinibz apum plebes.
sic et omnis conuentus monasti
cus sub terna distribuōne sali
cet officiat̄is claustralibz atq;
conuerf̄ sub vno capite p̄lato
q̄si sub rege apes cōmodius ad
unantur. Pars autem prima
illatū est que matres et emerite
sunt. ceterisq; maiores existūt.
Iste aut̄ officiis singul et opi
bus p̄sūt. Hec prima pars of
ficiat̄is i claustris cū senioribz
signat et hoc ibi vbi matres eme
rite noīant. In matribz affect⁹
ostendit q̄ p̄oribz et supioribz
officiat̄is tanto fructuosius ge
nem̄ q̄nto ex caritatis radice
erga subditos inueit̄ f̄idatior.

Vñ in paulo non tm̄ patris sed
etiā matris affectū q̄ tenetius
diligere solet obserua. Ait enī
filioli mei quos it̄rū parit̄io
donec formetur castus i v̄bis.
Tales m̄s sūt q̄bz glensius
pater augustinus in regula sua
precepit dicēs. Suscipiat iqt̄
infirmos. consolet̄ pusillāmes.
paciens sit ad oēs. Vere beatus
āimus i p̄lato q̄ se oīm āim̄is
subditoz pietate opaciens incli
naret. Tunc paulus euidenter
ostendit dicēs. Quis ihermae
et ego nō ihermae. Quis scanda
lizat et ego non v̄roz. Propte
rea emeritos dicam⁹ seniores q̄
emeriti idest sup̄ meritiū aliorū
esse dicūt. q̄a ceteris auctori
tas maioris reuerēcia existunt.
Vñ sūt p̄ p̄phetā dī populi gra
ues in q̄rū maturitate deus et
totius religionis norma lauda
tur. Hos signant viginti qua
tuor seniores quicūq; illi sunt
qui in apocalipsi citharis sp̄i
tualis icōbitatis habentes se
dentes i throno in p̄phialis meri
torum nichil se habere pemit⁹
cognoscentes. nisi quod dispen
satione in carnati verbi scādū
misericordiam non scdm̄ meri
tum acceperūt. Vidi virum
sanctum et bonum qui de nume
ro emeritorum rectissime dici
potest et potuit q̄ diu vixit.

Fuit in monasterio sancti matthei apostoli iuxta treueri. monachus quidam octo nocte quod quingenta annis et amplius prioris loco deservirent in conventu. primus ad omnes horas. primus ad matutinas de nocte surgebat. Nullo unquam in choro diebus nocte appodiamen- to sedebat. vtebatur. numquam sedebat aut iacuit sed erectus semper stans ad celum mentibus oculis et mente nitebatur quod in sede eius condensato pulvere eundem tunc approbat. raro et breviter in colloquio in studio sequens. ceteris temporibus in orationibus aut meditationibus expeditabat. ut in necessitatibus non egeret misericordiam conventus curam habebat et per hoc eos ad regulam obsequium fideius compellebat. Circa adolescentiores validissimo zelo fervore vivebat ut eos instituere moribus et ab illecebris carnis et alijs vicijs impediret arceret. Sic usque ad precedentem diem mortis sue per sex dies occulte conventum suum cum acuta febre seculis in infirmitate deponatus est. quod ut precepi veni cum phisico visitare iacentem. Quem ut vidit phisicus aduertit senem debilitate nimia et abstinentia fatigatum et inanimatum. precepitque statim occidi pullum cum tamen esset quarta feria ante pascha. Et mox prius averso vultu cum

venuerit dixit ei. Non te compitet sine periculo anime tue id est mortalis peccati contradicere phisico dummodo precipiat quod fieri potest licite cum iure scripto. Tunc ille placido vultu. de minimi igitur voluntas mecum fiat. Nec mora hoc dicto expandit manus et pedes in lecto et elevatis sursum oculis expiravit. ¶ Vidi et alium virum emeritum contrarium nomine de ordine predicatorum apud louanium vita et animarum zelo ferventissimum doctrinaque gloriosum. Quem cum audiuissem mori veni ad locum ubi iutus et quod sui nescius deambulabat. Appropinquante ergo hora mortis contra spem omnium oculos eleuavit et manus et cum letissimum vultu iuxta crucifixum dixit. Educ de carcere animam meam ut constitatur nomini tuo domine. Et cum tercio hoc dixisset dimissis oculis expiravit. ¶ Vidi et alium eiusdem ordinis in eodem loco geruasiu nomine dilectum valde michi et in amicitia specialem. de isto beatissimo et emerito valde viro fratres qui cum eo in ordine predicatorum triginta quinque annis fuerant conuersati veritate testatissima referebant quod in tanto temporis spacio ex quo intrauerat ordinem nunquam fratrem numquam hominem ex sua culpa vel in curia perturbasset.

humilitatis et mansuetudinis tā
te fuit quāte nūq̄ hominem me
minetim mevidisse. **C**ompassi
onem vero et caritatem erga pr
imos miram habebat et vehemē
tem. hic ad mortis exitum debi
litate corporis appropinquans
oculis ac manibus celestibus i
hyabat. **E**t cum a fratre roga
retur ut sibi super pacis statu
sue sciencie responderet humi
liter dixit et deuote. Pax certa
et firma est inter me et salus
nostre auctorem nec vlllo modo
biucius ab eius contemplacōne
frustrabor. **V**idi et alium eius
dem ordinis in gandauo egidi
um nomine qui canonicus apō
sanctum andomarū in flandria
seculum dereliquit et predicator
um ordinem intrans. tātū debi
tus lacrimis et tū spūali leticia
et aīaz zelo efferbuisse pbat. ut
vere sanctus crederetur et esset
et hoc exitus eius mōstrauit. **N**ā
cū frater suus carnal sepeliret
in clauetro fratū. marmoreq;
superpositū male iacēs deberet
coragi. finit inq̄t fratres fini
te diu non iacebit imotum. ma
nifeste predices se cū fū defun
cto sub eodem marmore in pri
mo deponendū. qd et factū est.
Sed et fce quodaz narrate in q̄
aī ipsū celsedit die prima mori
tūz qd querenti sibi quomodo

sentaret respondit dicens. bene
frater karissime me bñ senio q̄a
tabus dieb; tū in purgatorio
hinc exiens expurgabor. et statū
postea p dei graciā et misericor
diā ad gloriā euolabo. **V**idi et
aliū eminētis vite virū de ordi
ne fratū minorū. fratrem wil
helmū de militona q̄ magister
theologie parisijs scāssimā ac
deuotissimā vitā duxit et cū die
quādā parisijs p̄dicaret p hōiā
obmutuit et p̄bū inde rsumēs
omnib; cū vultu serenissimo va
ledixit et sic in pace quieuit.
Vidi et alium fratrem ordīs
predicatorū odonem nomine in
iure regēm viz sanctū et bonū
q̄ raro volebat comedere qd semi
nali fluxu ab aīali descenderat
s; olere v̄l pisa corpus sobrium
reparabat. **H**inc in īgressu ordi
nis vite sue terminus reuelatus
est et hūc fratrib; certo die aī
obitū reuelauit. **V**idi et frēm
contrabū ordinis minorū qui mi
nister theonomie miā gciā p̄dici
tus fuit et sanctorū feruētissim⁹
venerator in multis enituit.
Vidi et alium emerite vite ca
nonicum in monasterio canap̄
censi dieb; vñdecim ante mor
tem q̄ iohānes noīe cognomēto
bonus valetus vir lātus et bon⁹
innocētissimā vitā duxit ab an
nis pluribus vsq; in eū vite.

De hoc bono viro michi sui ca-
nomici referebāt. quia cū esset
parafius et effz auditor beati ⁊
magni viri magistra petri omel-
totis cātoris parafienf qbusdā
temptacōibz et dubitacōibus ce-
pit fluctuare et supplex sup hoc
in oratione factus vidit beatos
apostolos petz ⁊ paulū ⁊ mor-
eozū solacio ad spem gācis vi-
te merito confortat. **H**ic glorio-
sissimam casti matrē miro fee-
uore cōplectēs inter cetera q de
ea oposuit duos istos vīus iōp-
abiles edidit. **F**elix mater aue-
qua mūd⁹ soluit aue. **Q**ue ge-
nitricis eue. ⁊ facis esse breue.
Vidi ⁊ magistrū salomonē p-
dicatōrē solemnē et magistrū q
per totā theuthoniā multa doc-
trina et miraculis celebratis tā-
dem pro casto omnia beneficia
dereliq̃t et in colonia predicatorū
ordinez prolire valde fatigat⁹
senio introiuit in q veluti puer
benigne et humiliter quersat⁹
post annos aliq̃t sanctissimo fi-
ne q̃euit. **V**idi ⁊ aliū nobilē
et illustrissimū virū q helgerus
nomine fili⁹ potentissimi comi-
tis in iuuetute possessiones cas-
trū ⁊ diuitias multas pro casto
dereliq̃t. ⁊ p̃dicatōz ordinem in-
tīas falsaceū. p̃or effect⁹. **Q**ui
postmodū multis ieiunijs ⁊ la-
boribz fatigat⁹ pre nimia debili-

tate eques ire opulsus est. **H** tñ
afino vsus ē pro vectura. hic se-
mel stans ī puiciali capitulo et
coraz diffinitozibz acusat⁹ au-
diuit afinū suū himnū ut solēt
hortido ⁊ ciferare ⁊ dixit. **E**cce
fratres afin⁹ meus acusat me
q nō sum dignus tenere officium
prioratus. qui in valibus ire
pedes contra ordinez subuehor
dorso eius. **H**ec ut dixit nō nī-
los in lacrimas cecidit. regere
tamen conuentuz ut erat debilis
vsq; in finem vite opulsus. mul-
tis post mortem et maximis mi-
raculis clauit. **F**uit sub eo ⁊ ei⁹
tpe quidam conradus frater or-
dinis p̃dicatōrū q inter alia īfi-
nita miracula tres etiam mortu-
os in vita suscitauit. **P**roinde
vtrum videram dubito mōchū
cisteraciē. ordinis virū pietate
plenum de quo tale miraculum
ferebatur. **A**lgore niuium terra
brabancie respersa per totū mō-
chus predict⁹ premissio ī villaz
famulo sol⁹ in cāpis p deuia ve-
niebat. et ecce inuenit puerū
elegatissime forme quasi trien-
nē magno fletu et eiulatu soluz
in minus fagore residētē. opas-
sus igit tali puero eq descendit.
et oplexus flentem flere cepit
cum eo et querere quid haberet.
Tacēte autē puero ingēinat in
gemiscat q̃rens vbi ē mater tua

numquid perdidisti matrem. **A**d
interrogationes illius puer for-
tus eiulans tandem dixit. **H**eu
me heu me quare non fletum quod
re non eiularem. **E**cce vides quod
egens solus et in frigore sebes
et non est qui colligat me et hos-
piciū prestet. **H**oc monachus
surgens et puerum in brachijs
eleuans osculatus ē dicens. **C**es-
ses flere dilectissime quia ad
hospiciū portabo te et faciam
enutriti. **H**oc dicens cum puero
equum ascendere voluit. sed pu-
er de brachio tenentis exiliēs
disparuit repente quia cristus
filius virginis fuit. **I**n terram
igitur cadens monachus flere
et eiulare cepit acerrime. et cū
diu sic iacisset eiulans tandem
questus a seruo inuentus est.
eleuatus est in equo ad hospici-
um ductus. questus autem fletet
nichil aliud vna nocte dicere
potuit. heu me puer bone pu-
er pulcherrime quare me dere-
liquisti. aut abisti tam cito. aut
te perdidisti. **P**ost hec monachus
consolationem recipiens quidam
euentum retulit qui illis per
quos sciri tante rei miraculum
et periculum patefecit. **Q**uis enī
sine lacrimis audire potest per-
iculum tale et tantum quod filius
vnicus patris deo deus existens
hospiciū in terra querat. eget

cibo. algore contrahit. et per abun-
dantiam iniquitatis refrigerante
caritate multorum. non est qui eū
recipiat cordis hospicio. reficiat
patris placati benefica volūta-
te reuoluat et foueat deuotio-
nis sinu. veste contegat carita-
tis. **V**idi et multos alios viros
vita ementos et virtute. quorum
alii feruentes spiritu salutis pri-
morum instabant. **A**lii in tribula-
tione patientes in bono malum
semper euincere laborabant. **A**lii
pio et casto timore quasi tamen
fluctus super se dominum presto-
lantes continuis lacrimis infi-
stebant. **A**lii spe gaudentes et
in vita presentis dulcedinem patrie ce-
lestis per gustantes nichilominus
felicem mortem in iubilo preue-
iebant. **C**ertū tamen ē lector nullū ex
suis meritis sed sincerissime in
domino gloriatus et eosdem potius
habuisse inspiratam leticiam quam
presumptam. nullū tamen sine
horrore demonum recessisse. **N**ul-
lus ergo seniorum emeritorum et ma-
iorum nostrorum de meritis su-
is a vita presumat. quia dyabolum
legimus vite auctori insidiatū qui
dragita diebus et quadraginta noctibus
etiam ieiunanti et nichilominus secundum
quasdam scripturas in cruce
moriens.

**¶ De vigore subditorum in iuuentu-
te. Capitulum primum.**